



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXXV. Qui confidunt in Domino, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Ni Deus auxilium nostrumq; fuissest asylum,
Sic una Isacidum concio voce sonet.
Ni Dominus dextrâ miseros defenderet almâ,
Iam male tractaret nos scelerata cohors.
Imò etiam viuos rabidâ nos fauce voraret,
Mota odii stimulis, mota furore truci.
Iam rapidus torrens nos omnes mergeret, atq;
Fluctibus & sauis obrueremur aquis.
Ast Domino sit honos, sit gloria, lausq; perennis,
Qui nos Cerbereis dentibus eripuit.
Acupis ut laqueo rupto mox auolat ales:
Erepti insidiis sic laqueisq; sumus.
Ecce salus posita est in dextra nostra Jehouæ,
Qui cæli & terra condidit unus opus.

PSALMVS CXXV.

Qui confidunt in Domino, &c.

Instar hic immoti est montis Sionis habendus,
In Domino quisquis spemq; fideinq; locat.
Mœnia ceu Solymæ cinguntur montibus altis:
Ioua suum cingit sic populum atq; tegit.
Eripit tandem iustorum colla, tyrannis
Subdita nec sauis amplius esse sinet.

Impia

*Impianē nimium latē truculentia grāffans
Compellat mentes ad malefactāpias.
Sicut es in populum solitus conferre salutem:
Nunc ita corde bonos perge beare, Deus.
Sed qui neglecta temerē pietate sequuntur
Crimina, eos reprobis annumerare soles.
Isacidūm sōbōles potiatur pace serena,
Libertate suā gaudēat absq; metu.*

PSALMVS CXXVI.

In conuertendo Dominus &c.

*CVm Dominus populū captiuū è carcere ducet,
Gaudia erunt huīg, ceu somnia grata vidētis.
Sancti laudabunt Dominum, pleno ore, iuuantem,
Fortia gesta Dei narrabit lingua piorum.
Tunc inter gentes dicent Ego ubiq; locorum:
Quanta potens miracula Deus populo exhibet isti?
Magnifici bonitas sicut conspecta Jehouæ,
Est meritò à nobis aeterna laude canenda.
Nunc age, summe pater, captorum vincula solue:
Vincia quibus Babylon constrinxit colla piorum.
Libera ab exiliis, torrentes siccat ut Auster.
Qui lacrymas ferit, et qui flens sua semina spargit,
Gaudia*